

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Biblioteki Jagiellońskiej 4405, k. 107r

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 107 [Gn. 108]

[107] De iuramento Iudeorum, quomodo facere tenentur.

Hoc est illud iudicium et illud iuramentum, cum quo aut per quod Iudeus iurare sive evadere debet Christianum, quod scriptum est in iure imperatoris. Ipse debet verti contra solem seorsum, nudipes stare debet supra sedem unam, indutus clamide esse debet et pileum Iudaicum habere supra caput. Si lapsus ter fuerit, totidem fertones ammittit. Et si quarto manet in causa reus, tunc dicit ille, qui sibi predicit iuramentum: „Ego te moneo, .N., Iudee, per has tres litteras et per hanc legem, quam [/] Dominus dedit Moysi in tabulla lapidea in monte Synai, quod liber iste aut hoc rodale verum ac iustum sit, super quem $\vdash$ aut $\vdash$ ^{<tu^a>} Iudee tu iurare debes huic viro Christiano^c, .N., pro tali culpa sive causa pro qua te ad iudicum deduxerit”. Extunc sic iurare debet, et sic sibi predicitur, ut sequitur.

^a *nadpisane przez komentatora nad obwiedzionym ramką celem stwierdzenia aut*

[hasła: przysięga, Żyd, Chrześcijanin, prawo cesarskie, Mojżesz, Synaj]